Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 4

, 4.

Cod. IV.

Membraneus. Fol. max. Soc. 13. 1. 4.


Azonis Suma

Continet Sumam Azonis in jus civile. Scriptus est exili quidem sed eleganti charactere, subinde laicer et mucidus in rubricas distinctus, multis tum in marginem tum ad oram libri adjectis annotationibus. Manus videtur esse Soc. 13. Reliqua facies hoc: Folio primo incipiunt rubrica: "In nõe dñi nri ihũ xpi. Infra septe fũt rubrice Sume sup nouẽ libris codicis ab Azzone jurisconsulto compositi"; in fine folii tertii: "Explicient rubrice Sume composite ab Azzone jurisconsulto sup nouem libris codicis". Folio quarto: "Incipiũt rubrice. Materie ad pandectam Hm Joh". Eadem pagina columna 2da: "Explicit rubrice Sume extraordinarie". Ejusdem folii pagina aversa: "Incipiunt rubrice Sume institutionũ a dño Azzone cõposite"; hoc autem tabula in fine mutilata est. Ipsa Suma in codicem occupat Fol. 150 et ½. et incipit cum proemio ad Sumam Codicis per Dominum Azonem his verbis: "Cum post inventionem scientie etc". In fine hujus Sume legitur: "Explicit suma super VIIII libris codicis ab Azone jurisconsulto compositi, dõ dicam gratias." Pagina aversa folii 181. est brevis Comentarius in legem Pomponii Si negotium, et incipit: "Lex ista licet multis difficilis videatur propter confusionem glossularum", sed manus recentior huic Comentarium pagina vacua addidit. Fol 182. "Incipit materia ad pandectam" his verbis: "In nomine Patris et F. et sp. Scti amen; principium omnium rerum est Deus"; implet 8 folia, ubi in fine: "Explicit suma extraordinaria". Folio sequenti: "Suma institutionum a Domino Azone composita"; initium: "Quasi modo geniti pueri vel adulti", quae occupat folia 18½; in fine; "Explicit Azonis prudentis Suma docentis". Denique in ora codicis infima legitur hoc subscriptio: "Ego Lainerius huic Sume finẽ imposui ano dñi Mcc xvii. Septimo decimo. Idibus Septẽbris. ī montem acio tũc truffeito de pangano psente. gratias" — /. hic aliquid deletum, fors Xto / refero p-p'/. propter/ dilõnem niniam. Jd est: Ego Lainerius huic Sumã finem imposui anno Domini 1217. Idibus Septembris in monte Acio tunc truffeito de pangano presente. Gratias Xsto refero

182r

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 4

, 5.



propter dilectionem nimiam. Eadem recentior manus, quæ supra in legem Pomponij scripsit, etiam hic reliquis 2 paginis quædam adjecit, nempe: "Incipit Summa de agricultura et censitis secundum Dominum Pandinum", quæ ita inchoat: "quum in præfatis rubricis tituli dictum sit de his ecl." Sed hæc Summa, forte ob defectum membranæ, incompleta est.

De Azone ita Trithemius l. de script. eccles. cap 427.

"Azo natione Italus est Bononiensi civitate ordi"tus vitæ originem, Joannis Bosiani Cremonensis viri "doctissimi quodam auditor, atque discipulus, juris ci"vilis famosissimus interpres, fons legum, Copia "verborum, lucerna juris, qui sua traditione et sci"entia omnes Juristas, qui eum præcesserant, faci"le præcellit, multa ad jus civile pertinentia opus"cula edidit, quibus laudem et gloriam immortalem "acquisivit." Alii eum è vivis excessisse ao 1200, alii ao 1230 adhuc viuisse ajunt. Vid. etiam Freher. Theatr. viror. illustr. pag 782. Mich. a S. Jos. T. I. p. 428. Fabric. Bibl. lat. med. et inf. æt. T. I. p. 160. Ariisii Cremona lit. Pg P. I. p. 90. Scripta Azonis juridica Venetiis impressa aduc. Cl. Denis in Supplem. ad Maittaire pagg. 260. 402. 498. 499.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 4

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=1713

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)